UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

168. Pœnitentiæ dignos fructus operari, & corpus suum castigare. V. Signum 145.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

8. *Piamon* in Scythiotico monaſterio ſpectatæ ſanctitatis Presbyter dum miſſæ ſacra conficeret, Angelum Domini vidit, qui Monachorum nomina in codice partim ſcriberet, partim ſcripta deleret, viſa ergo Monachis explicans, eos peccatis obnoxios eſſe comperit, quorum nomina deleri vidit, actam diu cum illis lugens veniam orauit, donec iterum apparens Angelus etiam illorum nomina conſcriberet, quorum ante deleuerat, illi itaque quantum mœroris prius conceperant, tantum deinde lætati ſunt, cum poſt pœnitentiam ſe quoque conſcriptos in cœlis ac in libro vitæ repoſitos agnouiſſent. *Trip. hiſt. li. 8. c. 1. Pallad. hiſt. 72.*

9. *S. Petrus* negationis culpam amare fleuerat, &tamen idem impetrata venia poſt Domini ad cœlos aſcenſum vix illo die à lachrymis temperaſſe dicitur, atq; ad eas identidem ſiccandas lineum linteolum de manibus nunquam dimiſiſſe. *Clemens in Recognit.*

Signvm CLXVIII.

Pœnitentiæ dignos operari fructus & corpus ſuum caſtigare.

1. **S**Anctus Eligius dum iuuenis eſſet, teſte Audoino Roto Magenſi Epiſcopo olim eius ſodali, locuples erat, pulcher & omnibus charus, veſtibus vtebatur ſericis auro & argento pertextis, cinguloq; gemmis & lapidibus pretioſis ſplé-

dido, conſuetudine vtebatur principum in a[...] regia virorum, ipſiq; adeo Regi coniunctiſſim[...] Poſtquam autem Deus cor eius tetigit, peni[...] mortificationis deſiderium in illud immiſit, [...] prorſus vt conatus & ſtudia eius omnia ſuper[...] vitæ eſſent contraria, nam veſtimenta byſſin[...] aurea conuertit in cilicium, cingulum gem[...] fulgens in funem rudem; aulicos ludos & [...] nocturnas preces & vigilias; ſodalitatem opt[...] tum regni in familiaritatem peregrinorum, [...] norum, infirmorum, captiuorum aliorum[...] hominum miſerabilium, quibus omnia [...] ſeruilia (etiam dum ad Epiſcopatum, licet [...] tus eſſet euectus) detulit, aquam manibus [...] dendo, eaſque exoſculando, cibum potum[...] ſæ inferendo, pedes calida abluendo, & alia [...] nus agendo. Recte enim ait S. Chryſoſt. in [...] Pauli 1. Cor. 11. Si nos ipſos diiudicare &c. N[...] inquit, *à Deo caſtigari nec in hac nec in altera [...] iudex tui ipſius, rationes à te exige, te reprehende, c[or]rige.*

Mortificatio carnis
1. Per ciliciorum vſum.
Gaufrid.

2. *S. Ludouicus* Francorum Rex, licet te[...] corpore eſſet tamen aſpero carnem domaba[t ci]licio, vel cum valetudo non ferret ex conf[...]feſſarij cum alia pœnitentia commutabat. [...] *Zenobius* Epiſc. Florentius licet à parentib[us no]bilibus delicate enutritus eſſet, tamen poſtq[uam] Deus ei oculos mẽtis aperuit omnibus com[mo]dis corporis renunciauit, magnaq; ſeuerita[te car]nem afflixit atq; in primis cilicio, nec, cum a[d Epiſ]copatum, hoc eſt, ad grauiores labores eſſet [...]ctus quicquam de priori aſperitate detraxit, [...] potius adauxit.

3. *S.Paulinus* Epiſcop. Nolanus (qui ex ditiſſimo factus eſt pauperrimus propter Chriſtum) cilicio ex pilis camelorum conſuto carnem domuit: cumque Seuerus Sulpitius ſingularis eius amicus aliquando cilicium ei miſiſſet, magnas ei gratias egit, vſum eiuſdem cæterarumq; aſperitatum per epiſtolam valde collaudans. *Ep 10. ad Sulp.*

4. *S.Edmundus* Cantuarienſis Archiepiſcopus à puero ex materna diſciplina vſus eſt cilicio, & cum Pariſios ſtudiorum cauſa amandaretur bina ſecum detulit, ac quoties mater recentia ei mitteret induſia, ciliciolum quoque addebat, ſuadens vt quaque hebdomada biduo triduoue eo vteretur.

5. *S.Dominicus* (vt & S. Guilielmus Aquitaniæ Dux) loricis ferreis corpus ſuum caſtigabat, vnde & loricatus eſt appellatus, immo non contentus qualibet nocte catena ferrea corpus ſuum tribus ictibus ferire, ſemel pro ſe, iterum pro peccatoribus huius mundi, tertio pro animabus in purgatorio exiſtentibus, ab aliis quoque volebat eadem diuerberari. Sur. in Aug. *2. Per loricas ferreas.*

6. *S. Nicolaus* Tolentinas inter cæteras pœnitentias, quas frequentabat duris diſciplinis corpus diuexabat. *3. Per diſciplinas, vel flagella è virgis vel nodoſis funiculis confecta.*

7. S Laurentius Archiepiſ. Dublirenſis in hibernia ex regia ſtirpe oriundus à quodam familiari ſuo ter in dies ſingulos acrium ictus virgarum tergo excepit.

8. Idem legimus *S. Thomam Cantuarienſem* poſt initum Epiſcopatum à ſuo Diacono quotidie ſponte perpeſſum.

9. S.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4. Per durũ lectum. 9. *S.Audoenus* Rothmagenſis Archie. in ſp
virgultis ſomnum capiebat.

10. *B. Andreas* Feſulanus Epiſcopus in ſ
mentis.

11. *B.Iuo.* In nodoſis virgis.

Per incommodã habitationem. Prat. Spiritu.c.141. 12. *S.Olympius* Abbas in ſpecu iuxta Iord
ſedem delegerat, in quo & ardoribus ſoli
vrebatur, & culicum aculeis miſerabiliter c
gebatur, rogatus quomodo æquo animo
commodum locum perferre poſſet, reſpo
æſtum patienter ferre, vt liberari poſſet a
ribus inferni, culicum vero morſum ad
uendum vermem conſcientiæ damnatos i
Theod. in hiſt. relig. 27. petuum morſurum. Sic & Banadatus vir m
ſanctitate, tugurium longe ſuo corpore b
& aliquot partibus peruium, ſic vt nec i
nec radios ſolares arceret, incoluit, & r
cœleſtium contemplationi ſuauiſſime
uit.

6. Per tetros odores 13. *Arſenius* à ſuis rogatus cur aquam i
palmarum folia molliebat, & macerabat,
ſubinde mutaret, cum grauem & tetrum
dum odorem putrefacta naribus aſpiraret
ſpondit, ego me olim nimia ſuauium od
fragrantia in perniciem animæ meæ obl
nunc autem damnum compenſare conor
bus contrarijs.

Per res inſipidas. 14. *B.Richardus* confeſſor panem auena
quo veſcebatur cinere conſpergebat.

15. *S.Franciſcus* nunc cinere, nunc frigida
cibos perfundebat.

16. *B.Gregorius* Lingonenſis Epiſcopus v
ſtin

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inentiam ſuam alios cælaret, aquam quam bi-
ebat ſolebat modico vino tingere, & ſic neca-
uam nec vinum guſtabat.

17. *Dominus Ferdinandus* de Talauera Grana-
enſis Archiepiſcopus vir ſanctitate conſpicuus
em faciebat, nam denis aquæ partibus vnam
ntaxat miſcebat vini vt ſic & vino & aquæ ſapo-
m eriperet.

18. *S. Arnulphus* Epiſcopus vt guſtatum falleret *8. Per frigus & alia incōmoda.*
rbidam aquam bibere voluit.

19. B. Pater *Ignatius* Soc. Ieſu auctor, ad mor-
ificationes & aſperitates quas vſurpabat, vt
quod ter quotidie diſciplinam faceret, quod tota
hebdomade, dominico die excepto, ieiunaret, &
crebro ſolo pane & aqua contentus eſſet, quod
ſomnum humi caperet, hanc quoque adiecit, vt
multo tempore nudis pedibus incederet, donec
Compluti Epiſcopi Vicarius illi mandaſſet, vt
indueret calceos, cui, vt vere humilis, pa-
ruit.

20. *S. Antonius* Eremita nunquam corpus ſuum
licet cilicio tectum, lauit, minus pedes, niſi quan-
do opus erat flumēn vadoſum traijcere.

21. *Hilarionem* teſtatur S. Hieron. ſaccum quo
ſemel fuerat indutus nunquam lauiſſe, ac putaſſe
ſuperfluum munditias in Cilicio quærere. Idem
commemorat Greg. Nazianz. inter laudes B. Ba-
ſilij & S. Gorgoniæ.

22. De ſanctiſſimo Abbate *Aulentio* refert
Metaphr. in corpore eius nimia ſeueritate pœni-
tentiæ putrefacto enatos vermes, & tamen il-
lum ſi forte in terram decidiſſent in vulnus vetus
repo-

repoſuiſſe, qui vir ob crebra miracula tanti
ctitatis nomen obtinuit, vt Synodus Oecum
ca Chalcedonenſis, quæ ſexcentorum
trum vna cum Imp. Martiano illum ad ſe
rit, vt probatis S. Synodi decretis ſua autho
hæreticos conuinceret.

Vixit An. 76. in Epiſcopali functione 36.

23. De S. Auguſtino refert Poſſidius qu
do ſe per pœnitetiam ad fœlicem ad Deum
ſitum pararit: *Dicere*, ait, *nobis inter familiar*
quia conſueuerat, poſt perceptum baptiſmum,
laudatos Chriſtianos & Sacerdotes, abſque
competenti pœnitentia exire de corpore nō deber
etiam ipſe fecit vltima qua defunctus eſt ægrit
Nam ſibi iuſſerat Pſalmos Dauidicos qui ſunt pa
de pœnitentia ſcribi, ipſosque quaterniones ia
cto contra parietem poſitos diebus ſuæ infirmi
tuebatur & legebat, & iugiter ac vbertim flebat.
intentio eius à quoquam impediretur, ante di
decem quam exiret de corpore à nobis poſtulauit
tibus ne quis ad eum ingrederetur, niſi iis tantum
quibus medici ad inſpiciendum intrarent, vel cu
inferretur refectio. Et ita obſeruatum factumq;
mni illo tempore orationi vacabat.

SIGNVM CLXIX.

Prudenter cautionem adhibere in loqu in credendo, in promittendo, in concedendo, in iraſcendo.

SAlomon Eccl. 19. v. 4. ait: *Qui cito credit le*
corde, & Prou. 19. *Totum ſpiritum ſuum*